UNIVERSITY OF DUBLIN:
(TRINITY COLLEGE.)

RETURNS to several Orders of the Honourable House of Commons, dated 2 February and 6 March 1832;—*for*,

—(1.)—

A RETURN of the Number of STUDENTS who have been admitted to SCHOLARSHIPS during each of the last Five Years, and of their present Number:

A RETURN of the Number of FELLOWS entitled to Vote at an Election of a Member for the University:

A RETURN of the Number of STUDENTS who have taken the Degree of BACHELOR OF ARTS during each of the last Five Years:

A RETURN of the Number of BACHELORS OF ARTS who have attended the DIVINITY LECTURES during each of the above Years; and the Number who during the same period have taken the Degree of Master of Arts:

A RETURN of the Number of MASTERS OF ARTS now on the Books:

A RETURN of the average Amount of ANNUAL FEES payable by a Non-resident Master of Arts for keeping his Name on the College Books; and whether any and what Change has been made in the Amount of Charge during the above period.

—(2.)—

COPIES of the CHARTERS granted by Queen *Elizabeth* and King *James* the First to the University of *Dublin*.

Ordered, by The House of Commons, *to be Printed,*
10 *March* 1832.

Pnnted image digitised by the University of Southampton Library Digitisation Unit

—(1.)—

A RETURN of the Number of STUDENTS who have been admitted to SCHOLARSHIPS during each of the last five Years, and of their present Number.

In the Year	1827 admitted Scholars	17
—	1828 - - -	16
—	1829 - - -	20
—	1830 - - -	12
—	1831 - - -	8

The total number of scholars on the foundation, as fixed by our Statutes, is 70; and as the Scholarship is held for five years, the average of the number admitted each year would be 14, were all to hold during the entire of that period. It is evident that the number 14 may be somewhat increased by deaths, deprivations or resignations, but from the foregoing account it appears that the average number of admissions is very little affected by these causes.

The number of scholars now on our books is the full number 70.

A RETURN of the Number of FELLOWS entitled to VOTE at an ELECTION of a MEMBER for the UNIVERSITY:

The Fellows are in number 25; viz. seven senior and 18 junior Fellows, each of which is entitled to vote at an Election for a Member for the University.

A RETURN of the Number of STUDENTS who have taken the Degree of BACHELOR OF ARTS during each of the last five Years:

In the Year	1827 the number was	272
—	1828 - - -	238
—	1829 - - -	263
—	1830 - - -	264
—	1831 - - -	299

A RETURN of the Number of BACHELORS OF ARTS who have attended the DIVINITY LECTURES during each of the last five Years, and the Number who, during the same period, have taken the Degree of MASTER OF ARTS:

I must beg leave to make answer to this Return, by stating the numbers of Bachelors of Arts who have credit for attendance in each term during those five years; credit being allowed to each who may have attended two-thirds of the Lectures of some one of the Divinity Courses:

Hilary Term -	1827: The number of A. B.'s who have this credit is	149
Easter and Trinity	— - - - - -	126
Michaelmas - -	— - - - - -	38
Hilary - - -	1828 - - - - -	106
Easter and Trinity	— - - - - -	105
Michaelmas - -	— - - - - -	41
Hilary - - -	1829 - - - - -	103
Easter and Trinity	— - - - - -	94
Michaelmas - -	— - - - - -	44
Hilary - - -	1830 - - - - -	128
Easter and Trinity	— - - - - -	121
Michaelmas - -	— - - - - -	58
Hilary - - -	1831 - - - - -	136
Easter and Trinity	— - - - - -	120
Michaelmas - -	— - - - - -	59

The

Printed image digitised by the University of Southampton Library Digitisation Unit

The numbers of those who have taken the degree of A. M. during the same years, are,

1827 - - - -	41
1828 - - - -	23
1829 - - - -	39
1830 - - - -	27
1831 - - - -	32

On the former list I think it right to observe, that if it is proposed to make use of it for the purpose of estimating the number in preparation for holy orders, it will not serve, inasmuch as *all* Bachelors of Arts on the books of the college are obliged to attend the courses of instruction in divinity, for whatever profession they are intended. That list, therefore, includes the names of several preparing for other professions: and on the other hand, being confined (according to the Order) to A. B.'s, it omits many in a state of preparation for holy orders, viz. the Candidate Bachelors, who have credit for their attendance on Divinity Lectures, as soon as they shall have answered their final quarterly examination, which is usually several months before they take the degree of A. B.

To enable the Members of the House of Commons to form an estimate of the number preparing for holy orders, I have subjoined two other lists; the first of the attendance of Fellow Commoners and Junior Bachelors on the Divinity Lectures in the conjoint Terms of Easter and Trinity; and the second, the attendance of Fellow Commoners and Candidate Bachelors in Michaelmas Term. Those students must have credit for three-fourths of the Lectures in each term.

Fellow Commoners and Junior Bachelors:

Easter and Trinity Terms	1827 - - -	Number	119
—	1828 - - -	—	121
—	1829 - - -	—	105
—	1830 - - -	—	130
—	1831 - - -	—	137
		5)	612
	Average Number - - -		122

Fellow Commoners and Candidate Bachelors:

Michaelmas Term - -	1827 - - -	Number	103
—	1828 - - -	—	111
—	1829 - - -	—	138
—	1830 - - -	—	143
—	1831 - - -	—	88
		5)	583
	Average Number - - -		116

From the two last lists it would appear that the number of students preparing for holy orders in the University at any one time (taking the average) may be about 120.

A RETURN of the Number of MASTERS OF ARTS now on the Books:

The number of Masters now on the books is five, not including Fellows or higher graduates.

Of the Fellows who are only Masters of Arts, there are - -	12
And of the higher graduates, who are also A. M.'s but not Fellows, there are - - - - - - - - -	19

Printed image digitised by the University of Southampton Library Digitisation Unit

RETURN of the average Amount of ANNUAL FEES payable by a Non-resident Master of Arts, for keeping his Name on the College Books; and whether any and what Change has been made in the Amount of Charge during the above Period:

The annual charge for a Master of Arts is 8 *l.*; no distinction made between resident and non-resident Masters in this respect, but the above charge continues only until he shall have taken a doctor's degree in some faculty, after which he is exempt from all charge, though his name should continue on the books of the University.

No change in the charge during the above period.

The above are my Reports, after a careful examination of the books of the University by myself. To these I beg leave to add a Return made to me by the Regius Professor of Divinity, containing an account of the numbers in attendance on his lectures during each of the said five years. These lectures are attended (though without compulsion) by all the candidates for holy orders, and scarcely any others. The average number of such candidates obtained from this document agrees well with that derived from the registries as given above.

Trinity College, Dublin,
Feb. 28, 1832.

Barⁿ Lloyd,
Pruvost.

—(2.)—

COPIES of the CHARTERS granted by Queen *Elizabeth* and King *James* the First to the University of *Dublin.*

Copy of the CHARTER of the College of the Holy and Undivided Trinity, of Queen *Elizabeth*, near *Dublin*; dated 3d March, 34th year of her said Majesty's Reign.

ELIZABETHA Dei Gratia Angliæ Franciæ et Hiberniæ Regina Fidei Defensur &c. omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem Cum dilectus subditus noster Henricus Ussher Archidiaconus Dubliniensis Nobis humiliter supplicavit nomine Civitatis Dubliniensis pro eo quod nullum Collegium pro Scholaribus in bonis literis et artibus erudiendis infra regnum nostrum Hiberniæ adhuc existit ut unum Collegium Matrem Universitatis juxta Civitatem Dublin ad meliorem educationem institutionem et instructionem Scholarium et Studentium in regno nostro prædicto erigere fundare et stabilire dignaremur Ac etiam ut aliquo modo commode provideretur pro relevamine et sustentatione præpositi Sociorum et Scholarium quorundam Sciatis quod Nos pro ea cura quam de juventute regni nostri Hiberniæ pie et liberaliter instituenda singularem habemus ac pro benevolentia qua studia studiososque prosequimur (ut eo melius ad bonas artes percipiendas colendamque virtutem et religionem adjuventur) huic piæ petitioni gratiose annuentes de gratia nostra speciali ac ex certa scientia et mero motu nostris Volumus concedimus et ordinamus pro nobis hæredibus et successoribus nostris quod de cætero sit et erit unum Collegium Mater Universitatis in quudam loco vocato Alhallowes juxta Dublin prædictum pro educatione institutione et instructione Juvenum et Studentium in Artibus et Facultatibus perpetuis futuris temporibus duraturum et quod erit et vocabitur Collegium Sanctæ et Individuæ Trinitatis juxta Dublin a Serenissima Regina Elizabetha fundatum Ac illud Collegium de uno præposito et de tribus sociis nomine plurium et tribus scholaribus nomine plurium in perpetuum continuaturum erigimus ordinamus creamus fundamus et stabilimus firmiter per præsentes

Ac ulterius primum et modernum præpositum prædicti Collegii Sanctæ et Individuæ Trinitatis Elizabethæ Reginæ juxta Dublin prædictum facimus ordinamus constituimus et licenciamus Adamum Loftus sacræ Theologiæ Doctorem Archiepiscopum Dubliniensem & regni nostri Hiberniæ Cancellarium Et primos et modernos socios ibidem facimus licenciamus constituimus et ordinamus Henricum Ussher in Artibus Magistrum Lucam Challoner in Artibus Magistrum et Lancellot Moine in Artibus Baccalaureum per præsentes nomine plurium Et primos et modernos

Printed image digitised by the University of Southampton Library Digitisation Unit

modernos Scholares Henricum Lee Wilhelmum Daniel et Stephanum White nomine plurium ibidem facimus licenciamus constituimus et ordinamus per præsentes

Et ulterius de ampliori gratia nostra speciali ac ex certa scientia et mero motu nostris volumus ordinamus concedimus et stabilimus per præsentes pro nobis hæredibus et successoribus nostris quod prædictus Præpositus Socii et Scholares Collegii Trinitatis prædicti et eorum successores in re facto et nomine de cætero sint et erunt unum corpus corporatum et politicum de se in perpetuum incorporatum et erectum per nomen Præpositi Sociorum et Scholarium Collegii Sanctæ Trinitatis Elizabethæ Reginæ juxta Dublin quodque per idem nomen perpetuis futuris temporibus cognoscentur vocabuntur appellabuntur et nominabuntur habeantque successionem perpetuam ac ipsum Præpositum Socios Scholares et Successores sui Præpositos Socios Scholares Collegii Sanctæ et Individuæ Trinitatis Elizabethæ Reginæ juxta Dublin incorporamus ac unum corpus corporatum et politicum per idem nomen in perpetuum duraturum realiter et ad plenam creamus erigimus ordinamus facimus constituimus et stabilimus firmiter per præsentes

Et ut intentio nostra prædicta meliorem obtineat effectum ac ut bona catalla terras tenementa hæreditamenta redditus reverciones servitia et omnia alia et singula proficua ad sustentationem et relevamen Præpositi Sociorum et Scholarium ejusdem Collegii in perpetuum possideant et ut melius gubernentur et pro continuatione ejusdem Collegii volumus concedimus ordinamus et decernimus pro nobis hæredibus et successoribus nostris per præsentes quod quandocunque et quotienscunque contigerit aliquem Præpositum ullo modo amoveri vel deesse morte decessu resignatione deprivatione vel aliquo alio modo quod tunc et deinceps liceat et licebit prædictis Sociis et eorum successoribus ad tunc superviventibus vel majori parti eorundem Præpositum idoneum aliquem eligere et nominare infra tres menses tunc proxime sequentes Et eodem modo si contigerit prædictorum Sociorum et Scholarium aliquem ullo modo deesse et amoveri morte decessu resignatione deprivatione vel alio quovis modo quod tunc et deinceps bene liceat et licebit Præposito cæterisque Sociis vel eorum successoribus ad tunc superviventibus vel majori parti eorundem aliam idoneam personam vel alios idoneas personas in locum vel locos prædicti Socii vel Scholaris Sociorum vel Scholarium eligere nominare et constituere infra duos menses proxime post sequentes et sic de tempore in tempus toties quoties mors decessus resignatio vel deprivatio contigerit Quodque eorum quilibet sic de tempore in tempus electus habeat et gaudeat et habere et gaudere valeat et possit adeo plenam et liberam potestatem et authoritam in omnibus et per omnia et ad omnia et singula agenda perimplenda et exigenda prout aliquis alius sociorum prædicti Collegii quovis modo habere seu gaudere debeat aut possit Et quod ipsi et successores sui per nomen Præpositi Sociorum et Scholarium Collegii Sanctæ et Individuæ Trinitatis Elizabethæ Reginæ juxta Dublin sint et erunt personæ habiles aptæ et in lege capaces ad perquirendum habendum percipiendum recipiendum et possidendum maneria terras tenementa et hæreditamenta quæcunque sibi et successoribus suis in perpetuum (ita quod non teneantur de nobis hæredibus et successoribus nostris immediate in capite in dominico vel servitio) tam de nobis hæredibus et successoribus nostris quam de aliqua alia persona vel personis quibuscunque ad sustentationem et manutencionem prædicti Collegii ad relevamen et sustentationem Præpositi Sociorum et Scholarium prædicti Collegii

Et ulterius de uberiori gratia nostra certa Scientia et mero motu nostris concedimus et licentiam damus pro nobis hæredibus et successoribus nostris prædictis Præposito Sociis et Scholaribus et eorum successoribus quod ipsi et successores sui possint et valeant perquirere habere recipere percipere et possidere per nomen Præpositi Sociorum et Scholarium Collegii Sanctæ et Individuæ Trinitatis Elizabethæ Reginæ juxta Dublin maneria terras tenementa et hæreditamenta quæcunque et cujuscunque sint naturæ generis et speciei annui valoris quadringenta librarum currentis monetæ Angliæ ultra onera et reprisas ad proprium opus et usum prædictorum Præpositi Sociorum Scholarium et successorum suorum statutis de terris et tenementis ad manum mortuam ponendis aliquo modo non obstantibus Quodque per idem nomen prosequi placitare et placitari defendere ac defendi respondere et responderi possint et valeant in omnibus et singulis Causis querelis actionibus realibus personalibus et mixtis in omnibus Curiis tam temporalibus quam spiritualibus infra regnum nostrum Hiberniæ vel alibi et ad ea ac ad omnia et singula alia facienda agenda et recipienda prout et in eodem modo quo cæteri ligei nostri personæ habiles et in lege capaces infra idem regnum nostrum Hiberniæ vel alibi faciunt et facere poterint in omnibus locis et Curiis prædictis et coram omnibus Justiciariis et Judicibus nostris vel eorum aliquibus

Printed image digitised by the University of Southampton Library Digitisation Unit

Et ulterius volumus et ordinamus ac pro nobis hæredibus et successoribus nostris per præsentes concedimus præfato Præposito Sociis et successoribus suis Quod ipsi de cætero in perpetuum habeant commune sigillum ad negotia sua juxta tenorem et veram intentionem harum literarum nostrarum patentium deserviturum prout Præposito et majori parti Sociorum visum fuerit Insuper concedimus et licenciamus Præposito et Sociis ejusdem Collegiis ut leges statuta et ordinationes pro suo Collegio pie et fideliter gubernando de tempore in tempus in perpetuum faciant constituent et confirment Et ut quascunque leges bene constitutas senserint in alterutera nostra Archademia Cantabrigiensi aut Oxoniensi modo sibi aptas et accommodas judicaverint intra se stabiliant et præsertim ne artes liberales quispiam ullis aliis in locis publice profiteatur aut edoceat intra regni nostri Hiberniæ limites sine licentia nostra speciali

Et cum Gradus quosdam in Artibus et Facultatibus constitui literis fuisse adjumento compertum sit ordinamus per præsentes ut Studiosi in hoc Collegio Sanctæ et Individuæ Trinitatis Elizabethæ Reginæ juxta Dublin libertatem et facultatem habeant Gradus tum Baccalaureatus Magistri et Doctoratus juxta tempus idoneum in omnibus Artibus et Facultatibus obtinendi Hoc semper interim proviso ut cum hujus Collegii Socii septem integros annos post Gradum Magistri ibi assumptum adimpleverint tum e Sociorum numero amoveantur ut alii in eorum locum suffecti pro hujus regni et Ecclesiæ beneficio emolumentum habeant et ut intra se pro hujusmodi gradibus assequendis habeant libertatem omnia acta et Scholastica exercitia adimplendi quemadmodum Præposito et majori parti Sociorum visum fuerit Ac ut omnes personas pro hujusmodi rebus melius promovendis eligere creare nominare et ordinare possint sive sit Procancellarius Procurator aut Procuratores (nam Cancellarii dignitatem honoratissimo et fidelissimo Consiliario nostro Gulielmo Cecillio Domino Baroni de Burghley totius Angliæ Thesaurario delegatam approbamus) et ut posthac idoneam hujusmodi personam cum defuerit pro hujus Collegii Cancellario Præpositus et major pars sociorum eligant ordinamus

Qui Cancellarius vel ejus Procancellarius cum Archiepiscopo Dubliniensi Episcopo Midensi Vicethesaurario Thesaurario ad Guerras et Capitali Justiciario Capitalis Placeæ nostræ infra hoc regnum nostrum Hiberniæ Majori Civitatis Dubliniensis pro tempore existentibus vel majori eorum parte qui vocabuntur visitatores omnes lites actiones et controversias (quas Præpositus et major pars sociorum non possint componere) dirimant et definiant Et quod omnia graviora delicta ab ipso Præposito et Sociis non emendata animadvertant

Denique statuimus et ordinamus pro ea gratia qua Studia et Studiosos prosequimur ut quicquid adjumenti ad hoc Collegium melius constituendum et conservandum præstare possit a nostris subditis et officiariis ut illud bona cum venia et authoritate nostra præbeant et administrent Et quod omnia bona Catalla res terras tenementa hæreditamenta ad Præpositum Socios et Scholares dicti Collegii pertinentia sint de tempore in tempus totis futuris temporibus ab omni onere taxis tallagiis Cessis subsidiis exactionibus compositionibus vel demaundis quibuscunque libera et exonerata tam tempore Guerræ quam tempore pacis nobis hæredibus et successoribus nostris aliquo modo ratione prærogativæ nostræ vel aliter debitis vel postulandis Aliquo statuto actu ordinatione proclamatione restrictione consuetudine usu lege præscriptione vel aliqua alia re causa vel materia quacunque in contrarium præmissorum in aliquo non obstantibus. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste prædilecto et fideli Consiliario nostro Wilhelmo Fitz-William milite deputato nostro generali regni nostri Hiberniæ apud Dublin tertio die Martii anno regni nostri tricesimo quarto.

Ex̃ p Sa. Plunket. *Phillipps.*

Irrot' in Rotulo Patentium Cancellariæ Hiberniæ decimo quarto die Novembris anno Regni Dominæ nostræ Elizabethæ Dei Gratia Angliæ Fraunciæ et Hiberniæ Reginæ Fidei Defensoris &c. tricessimo septimo per me Jacob' Newman Cl' Anthonio Sent Leger militi Magistro Rotulorum Curiæ Cancellariæ Hiberniæ prædictæ.

I have cumpared the furegoing copy with the original, which is in my keeping; and I certify that it is a true copy.

Franc. Sadleir,
Bursar of Trinity College, Dublin.

Feb. 11, 1832.

Printed image digitised by the University of Southampton Library Digitisation Unit

Copy CHARTER of the College of the Holy and Undivided Trinity, of Queen *Elizabeth*, near *Dublin*, dated 12th May, in the 11th year of the Reign of his late Majesty King *James* the First.

JACOBUS Dei Gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Rex Fidei Defensor &c. omnibus ad quos præsentes literæ nostræ pervenerint salutem Cum præcharissima soror nostra Elizabetha nuper Angliæ Franciæ et Hiberniæ Regina pro ea cura quam de juventute hujus regni Hiberniæ pie et liberaliter instituenda singularem habuit ac pro benevolentia qua studia studiosusque prosequnta fuit quo melius ad bonas artes percipiendas colendamque virtutem et religionem adjuventur per literas suas patentes sub magno sigillo suo Hiberniæ gerentes datum apud Dublin tertio die Martii anno regni sui tricesimo quarto ordinaverit fundaverit et stabiliverit unum Collagium matrem Universitatis in quodam loco vocato Allhallows juxta Dublin per nomen Præpositi Sociorum et Scholarium Collegii Sanctæ et Individuæ Trinitatis Elizabethæ Reginæ juxta Dublin quod quidem Collegium sic primitus fundatum diversis amplis et munificentissimis libertatibus privilegiis censibus revercionibus et possessionibus tam ex dono nostro quam dictæ sororis nostræ Reginæ Elizabethæ dotatum existit ad exemplum Academiarum nostrarum Oxoniensis et Cantabrigiensis in regno nostro Angliæ prout per separales literas patentes sive concessiones per nos et prefatum nuper reginam Elizabetham inde factas plenius liquet et apparet Cumque dictum Collegium sit et habeatur Universitas ac habeat gaudeat et utatur omnibus et singulis libertatibus privilegiis et immunitatibus ad Universitatem sive Academiam pertinentibus sive spectantibus Quandoquidem in Parliamentis tenendis in dicto regno nostro Hiberniæ diversos actus sive statuta proponi et inactitari poterint tam pro bono Ecclesiæ generali quam pro sana gubernatiune et reginine Collegii et Universitatis prædictæ et pro dispositione ac præservatione redditiuum revercionum et possessionum dicti Collegii ac aliorum Collegiorum sive Aularum in dicta Universitate in posterum erigendarum et stabiliendarum Idcirco operæ pretium et necessarium videtur quud dictum Cullegium et Universitas habeant plenam et absolutam potestatem duos Burgenses de seipsis eligendi eosque mittendi ad supremam illam curiam Parliamenti in hoc regno nostro Hiberniæ de tempore in tempus tenendi In qua quidem Curia hujusmodi Burgenses sic electi et missi juxta formam Universitatis Oxoniensis et Cantabrigiensis in Angliæ usitatam notum faciant verum statum dicti Collegii ac Universitatis ibidem Ita ut nullum statutum aut actus generalis dicto Collegio ac Universitati privatim sive justa ac debita notitia et informatione in ea parte habita præjudicet aut noceat Sciatis quod nos de gratia nostra speciali ac ex certa scientia et mero motu nostris de assensu prædilecti et fidelis Consiliarii nostri Arthuri Domini Chichester de Belfast Deputati nostri dicti regni nostri Hiberniæ ac secundum intentionem et effectum quarundam literarum nostrarum manu nostra propria signatarum et sub signeto nostro datarum apud honorem nostrum de Hamptun Courte vicesimo sexto die Septembris anno regni nostri Angliæ Franciæ et Hiberniæ decimo et Scotiæ quadragesimo sexto et nunc in rotulis Cancellariæ nostræ dicti regni nostri Hiberniæ irrotulatarum Voluimus et concessimus ac per præsentes pro nobis hæredibus et successoribus nostris volumus et concedimus præfatis Præposito Sociis et Scholaribus dicti Collegii et successoribus suis necnon ordinamus et stabilimus per præsentes perpetuis futuris temporibus quod sint et erunt in dicto Collegio ac Universitate juxta Dublin duo Burgenses Parliamenti nostri hæredum et successorum nostrorum quodque prædictus Præpositus Socii et Scholares et successores sui virtute præcepti mandati seu processus super breve nostrum hæredum et successorum nostrorum de electione Burgensium Parliamenti in ea parte debite directi habeant et habebunt potestatem authoritatem et facultatem eligendi et nominandi duos de discretioribus et magis sufficientibus viris de prædicto Collegio ac Universitate pru tempore existentibus fore Burgenses Parliamenti nostri hæredum et successorum nostrorum pro eadem Universitate eosdemque Burgenses sic electos ad onera et custagia dicti Præpositi Sociorum et Scholarium et successorum suorum pro tempore existentium mittere in Parliamento nostro hæredum et successorum nostrorum ubi tunc tentum fuerit in hoc regno nostro Hiberniæ eisdem modo et forma prout in aliis locis civitatibus burgis sive villis regni nostri Hiberniæ prædicti usitatum et consuetum est quos quidem Burgenses sic electos et nominatos Volumus interesse et moram facere ad quodlibet Parliamentum durante tempore quo hujusmodi Parliamentum teneri contigerit in consimili modo et forma prout alii Burgenses Parliamenti pro quibuscunque aliis locis civitatibus burgis sive villis aut alio loco civitate burgo sive villa quacunque infra regnum nostrum Hiberniæ faciant seu facere consueverunt quodque

Printed image digitised by the University of Southampton Library Digitisation Unit

hujusmodi Burgenses in hujusmodi Parliamento nostro hæredum et successorum nostrorum habebunt voces suas tam affirmativas quam negativas ac cætera omnia et singula ibidem faciant et exequantur quæ vel prout alii Burgenses Parliamenti nostri pro quibuscunque aliis locis civitatibus burgis sive villis aut alio loco civitate burgo sive villa quacunque habeant faciant et exequantur aut habere facere et exequi valeant et possint ratione aut modo quocunque Et ulterius dedimus et concessimus ac per præsentes pro nobis hæredibus et successoribus nostris Damus et concedimus præfatis Præposito Sociis et Scholaribus dicti Collegii et successoribus suis ac etiam præcipimus et firmiter pro nobis hæredibus et successoribus nostris mandamus omnibus vicecomitibus officiariis et ministris nostris hæredum et successorum nostrorum quibuscunque Comitatus Civitatis Dublin quibus aliquod breve nostrum sive brevia nostra de electione Burgensium Parliamenti in posterum dirigentur quod tales vicecomites officiarii sive ministri quibus aliquod hujusmodi breve sive aliqua hujusmodi brevia nostra sic ut præfertur dirigentur facient præceptum suum Præposito Sociis et Scholaribus dicti Collegii pro tempore existentibus pro electione et returnacione eorundem duorum Burgensium per indenturam inter ipsos et dictos Præpositum Socios et Scholares secundum formam in electionibus aliis Burgensium in dicto regno nostro Hiberniæ observatam et usitatam Et hæ literæ nostræ patentes vel irrotulamenta earundem erunt tam dictis Præposito Sociis et Scholaribus et successoribus suis quam omnibus et singulis vicecomitibus officiariis et ministris nostris hæredum et successorum nostrorum quibuscunque sufficiens warrantum et exoneratio in hac parte Et ulterius volumus ac per præsentes concedimus præfatis Præposito Sociis et Scholaribus et successoribus suis quod hæ literæ nostræ patentes erunt in omnibus et per omnia firmæ validæ bonæ sufficientes et effectuales in lege secundum veram intentionem earundem aliquo statuto actu ordinatione sive provisione ante hac facta edita ordinata sive provisa aut aliqua alia re causa vel materia quacumque in aliquo non obstante Volumus etiam et pro nobis hæredibus et successoribus nostris per præsentes concedimus eisdem Præposito Sociis et Scholaribus dicti Collegii quod habeant et habebunt has literas nostras patentes sub magno Sigillo nostro Hiberniæ debito modo factas et sigillatas absque fine magno vel parvo proinde nobis in Hanaperio nostro seu alibi ad usum nostrum reddendo solvendo seu faciendo Eo quod expressa mentio de vero valore annuo aut de certitudine præmissorum seu eorum alicujus aut de aliis donis sive concessionibus per nos vel per aliquem progenitorum nostrorum eisdem Præposito Sociis et Scholaribus dicti Collegii ante hæc tempora factis in præsentibus minime facta existit aliquo statuto actu ordinatione sive provisione aut aliqua alia re causa vel materia in contrarium præmissorum facta in aliquo non obstante In cujus rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste præfato Deputato nostro generali regni nostri Hiberniæ apud Dublin duodecimo die Maii anno regni nostri Angliæ Franciæ et Hiberniæ undecimo et Scotiæ quadragesimo sexto.

Edgeworthe.

Ex̄ p Fra. Edgeworthe.

Irrot' in Rotulo Patent' Canc' Hiberniæ de anno R' Jacobi Angliæ Franciæ et Hiberniæ undecimo et Scotiæ 46° per me Jacob' Newman cler' in officio Mag̃r' Rotul'.

I have compared the foregoing copy with the original, which is in my keeping; and I certify that it is a true copy.

Franc. Sadleir,
Bursar of Trinity College, Dublin.

Feb. 11, 1832.

Printed image digitised by the University of Southampton Library Digitisation Unit

Printed image digitised by the University of Southampton Library Digitisation Unit

UNIVERSITY OF DUBLIN:
(TRINITY COLLEGE.)

RETURNS of the Number of STUDENTS admitted; FELLOWS entitled to Vote; STUDENTS who have taken the Degree of Bachelor of Arts; BACHELORS OF ARTS who have attended Divinity Lectures; MASTERS OF ARTS on the Books; Amount of FEES for keeping Names on the Books; and CHARTERS granted by Queen *Elizabeth* and King *James*.

Ordered, by The House of Commons, *to be Printed,*
10 *March* 1832.

264.

Printed image digitised by the University of Southampton Library Digitisation Unit